

3. *Echium* aut *violaceum* meum est, aut *italicum*. Vide an stamina longitudine varient. Statura certe violacei mei.

17. *Sison Amomum* omnino.

20. Iris est *Moraca vegeta*. Character meus desumptus a Phil. Millero, qui sumsit tria stigmata pro petalis. Genus persistat non tantum omnibus 6 petalis ab Iride diverso, sed praecipue facie, foliis non ensiformibus equitantibus ut in Iridibus.

Pulchre docuisti *Cucubalum pumilionem* ad *Silenem* referri, an habes hunc in horto?

311. *Arenaria verna* sic videtur.

*Galium* non audeo determinare, adpinge semina.

3. *Colutea perennans*. an Capensis? si hoc utpote *Colutea* herbacea quae in hybernaculis saepe perennat. sed non videtur.

19. *Erigeron aegyptiacum* omnino mea est.

20. *Ligusticum peregrinum* est omnino.

13. *Amaryllis* cum ex Capite b. Spei certo est *undulata*, quamvis petala angusta basi in *Tua*.

*Terminalia* habetur in Mant. p. 21. 128. 519. sed non rubra species, quae tum incognita.

2. *Viciae narbonensis* facie, procul ab herbario non video differentiam.

Tuus

von Linné.

Upsaliae 1776, d. 24. Aprilis.

Sempervivum sediforme est *Sedum* rupestre.